Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26414
Copyright: Admont, Benediktinerstift



debito primi parentes obligauerunt terram nostram. ij. est pene quam tenemur pro peccatis nostris.
hoc debitum conuenimus nos ipsi. iij. census seruicii quod deo debemus. et ex diuersis causis
que infra tangentur. In. i. debito continentur ista. fames. siti. frigus. calor. infirmitas.
et mors. que est maximum uitio debita. Vnde qui moritur dicitur soluere debitum. ii. Ro.
vii. Corpus mortuum est propter peccatum. i. necessitati mortis addictum. Gaudere ergo debet qui
talia sustinet. quia debita sua soluit. Regnanti et debet deo qui paratus est hoc de
bitum computare in precium regni celorum si patienter sustineat. ij. debitum solui
tur propter penitentiam ad cuius debiti solutionem conari multum debemus. quia qui non soluit
in presenti ponetur in carcere. donec red. no. quadrantem. Ideo boni pauperes ad uitibus spiritua
libus orationum suffragia mendicare non cessant. et ad similitudinem captiuorum pauperum
redemptionem suam. qui obulatim mendicant. Circa. iij. nota. quod christo debemus seruicium
uite nostre multis de causis. duas tangit Bernardus. Si totum me debeo quod me fe
cit. quid addam pro me refecto. et refecto hoc modo. non est tam facile refectus quam
factus. et post quid retribuam do. pro omnibus que retribuit mihi. In. i. opere me mihi dedit. In. ii. se. et
ubi se dedit me mihi reddidit. datus ergo et redditus mihi pro me debeo. et bis debeo.
quid deo retribuam pro se. Nam et similiter me rependere possem. quid sum ad dominum. Item
alibi tangit alteram harum causarum. Cui iustius uiuendum a me quam ei. qui si non
moreretur non uiuerem. iuste sibi uendicat uitam meam. qui pro me posuit suam. Idem
alibi. iiij. causas quare debemus christo seruicium nostrum. hic uerbi. O si cognouisses quam
multa et quam multis debeas uideres quam nichil est quod facias. j. debes deo totam ui
tam tuam. quia pro tua posuit suam. ij. exigunt preterita peccata uitam futuram
uitam meam ut faciam dignos fructus penitentie. et recogitem omnes annos in amaritudine
mea. Quid si tercium debitorem ostendam. qui eam uendicat sibi. puto quod desideres
gloriam quam oculus non uidit. et cetera. nunc ad hoc eundem totum te et quecumque potuit
dare obtinebit. et cum omnia compleuis non sunt condigne passiones huius. et cetera. iiij. debi
tori debes quod es a quo totum habes qui te fecit et bene fecit. et cuncta ministrat.
horum. i. exponi reddere quod debes. Debitores sumus. s. deo nobis et proximo. R.

Non simus concupiscentes malorum. Dominica viij. s. Alibi.
i. cor. x. In uerbo isto monet ecclesia de quodam de quo per nos rogati esse de
bemus. s. ut mala non concupiscamus. et possunt rationes multe assignari. quare non
debemus malum concupiscere. j. quia malum concupiscere est quod de lapidibus famem
habere. mui enim mala uidentur concupiscenda quam lapides comedendi. Vnde
suasionem facit illis dialogus. quos monet ad concupiscendum malum. qualem fecit christus. Mathei. iiij.
Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. et hii qui ei consentiunt concupiscenda

Seruiendum deo multis de causis. Bernardus.

Seruicium debemus christo iiij. de causis.

Quare mala non debeamus concupiscere.